

*Instrumentum venditionis del
chierico Leonardo de Naccaruso
a favore del prete Luigi Porcario*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis del
chierico Leonardo de Naccaruso
a favore del prete Luigi Porcario*

1443 agosto 26

† In nomine domini domini nostri Iesu Cristi, amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
quatracesimo tercio, regnante serenissimo domino nostro
domino Alfonso, Dei gratia rege Aragonum, Sicilie citra
et ultra Farum, Valencie, Ierusalem, Hungarie, Maiorice,
Sardegne, Corsice comite Baronchie, duce Athenarum
et Neopatrie ac etiam comite Russilionis et Ceritanie,
annorum vero eius anno octavo, feliciter, amen, die
vicesimo sexto mensis agusti, sexte indictionis, apud
civitatem Potencie.

1

2

Nos Franciscus de Asthis annalis iudex civitatis
Potencie, Thomasius Strambus de Potencia puplicus
ubilibet per provincias Principatus citra et ultra
Serras Serras Montorii, Capitinate ac Basilicate regia
auctoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter
vocati et rogati presenti scripto puplico instrumenti
emptionis fatemur atque testamur quod predicto die
eiusdem ibidem in nostri presencia constitutus vir
honestus Leonardus de Naccaruso, clericus ecclesie
Sancte Trinitatis de Potencia, consentiens primo in nos
predictos iudicem et notarium cum siret ex certa sua
scientia, nos suos iudicem et notarium in hac parte
non esse iurisdictionem nostram voluntarie prorogando,
non vi, dolo, metu ductus, ut dixit, sed sicut sibi
utile et expediens visum fuit, vendidit, alienavit et per
fustis tradicionem assignat, iure proprio et inperpetuum,
honesto viro dompno Loysio Porcario, procuratori et

Così A, si intenda Barchinone.

Così A, si intenda regnorum.

priosto, ut dixit, ecclesie Sancti Michaelis de Potencia, ibidem presenti nomine et pro parte eiusdem ecclesie et clericorum predictae ecclesie, presenti et recipienti et ementi terram unam que vocatur Campolongo in tenimento civitatis Potencie sup̄tus nuces Palmerii Budare, confines dicte terre iuxta terras episcopatus, mediante limite, ab alio latere iuxta terras dicti episcopatus prope quoddam budalem per quem est cursus aquarum, iuxta vallorum Bernardi a parte superiori, iuxta terram dicti episcopatus, solco mediante. Item ysquitellum unum ultra flumen Pontis de Tabulis magnum, confinatum ab una parte superiori iuxta terras ecclesie Sancti Francisci de Potencia, mediante budale, ab alia parte iuxta viam publicam per quam itur ad vallum Molarii, ab inferiori parte iuxta dictum flumen magnum et alios fines, ad habendum, tenendum et possidendum, utifruendum et dominandum et faciendum in ipsis terris quicquid dicta ecclesia et clerici in utilitatem dicte ecclesie visum erit, nec non et quocumque modo voluerint, placuerit et placebit in comodum ecclesie prelibate et cum omnibus introitibus et exitibus suis ad terras intrandi et exeundi, nec non cum omnibus rationibus prout et sicut dictus dompnus Leonardus hactenus tenebat et possidebat et proprietatibus pertinentibus et spectantibus quovis modo ad dictas terras venditas. Pro qua quidem venditione dictorum duorum ysquendorum seu pectiarum duarum terrarum, dictus dompnus Leonardus venditor coram nobis confexus fuit se recepisse et manualiter habuisse a dicto dompno Loysio, preposito et procuratore dicte ecclesie, emptore nomine et pro parte eiusdem ecclesie, nomine ultimi precii inter eos conventi in carlenis argenti sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet

computatis, uncias duas ponderis generalis, totum silicet precium vendicionis ipsius. Promictens dictus dompnus Leonardus venditor pro se et suis heredibus et subcessoribus dicto dompno Loysio, preposito et procuratori dicte ecclesie et clericorum eiusdem, presenti et recipienti pro se, nomine et pro parte dicte ecclesie et clericorum presentium et futurorum, litem <vel> controversiam de dictis duabus ysquitellis ullo unquam tempore non inferre, nec inferenti consentire vel absentire, palam, publice vel occulte, sed ipsam vendicionem et omnia et singula supradicta et infradicta ratam et firmam ac rata et firma habere, tenere et perpetuo observare et contra ea non facere vel venire per se, heredes et subcessores suos, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, modo aliquo, ingenio vel tractatu, sub pena dupli precii supradicti, medietate ipsius pene curie Sedis Apostolice vel alteri competenti curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela et alia medietate ipsius pene dicto dompno Loysio preposito et procuratori dicte ecclesie et collegii persolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto dompno Loysio pro parte dicte ecclesie <et> clericorum eiusdem collegii, presenti et stipulanti penam ipsam, qua commissa vel non commissa, exacta vel non exacta aud gratiose remissa et soluta vel non soluta, predicta venditio, sicut prefertur, predicta omnia et singula in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refectione omnium expensarum litis et extra que fierent, propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento dicti emptoris et predictorum clericorum ecclesie affate, nulla alia probatione quesita. Et renunciavit idem venditor super hiis dictus venditor exceptioni doli, vix, metus

et in factum, presentis non sic celebrati contractus, exceptioni deceptionis et fraudis rei que predicto modo non geste vel aliter habite, quam superius continetur et est expressum, legi resissorie qua deceptis ultra dimidia iusti precii subvenitur, exceptioni dicte vero pecunie non habite, non recepte et solute ac non boni argenti et non ponderate, et generaliter omnibus aliis auxiliis omnium iurium atque legum canonicorum et civilium que in corpore utriusque iuris reperiuntur, licteris papalibus et regiis que forte dictum instrumentum in parte vel in totum frangi et corrumpi possit, et specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non possit, quibus sufragantibus dicta venditio predictaque omnia possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus attendendis et inviolabiliter observandis et quod predicta omnia vera sunt, dictus venditor prefato emptori coram nobis presenti et recipienti corporaliter tacta prestitit ad sancta Dei evangelia iuramentum et voluerunt contrahentes ipsi quod si aliqua iuris sollempnitas in dicto instrumento defficeret tacite et expresse intelligatur in eo et totiens reffici et emendari possit ad consilium sapientis, donec opus fuerit veritatis substantia non mutata per me notarium supradictum. Unde ad futuram memoriam et predicti venditoris preces et prefati dompni Loysii emptoris et predictae ecclesie Sancti Michaelis et clericorum presentium et futurorum cautelam, factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

3

4

Così A, si legga sciret.

Il convento di San Francesco di Potenza fu fondato nel 1266 (Pietro Ridolfi da Tossignano, *Historiarum seraphice religionis libri tres*, Venezia 1586, f. 276r; L. WADDING, *Annales minorum seu trium ordinum a S. Francisco Institutorum*, Roma 1732, IV, p. 267, n. XIX; RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz. Abbondanza, p. 248; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 241), mentre la sua chiesa attigua nel 1274 (notizie sparse con relativa bibliografia in L. PELLEGRINI, *I Frati Minori: un'eccezione da interpretare*, in *Storia della Basilicata*, 2. *Il Medioevo*, pp. 387-434, in particolare pp. 407-408; RESTAINO, *La città di Potenza nell'età medievale* La città di Potenza nell'età medievale, pp. 102-103; A. PELLETTIERI, "... potendosi dire Tempio fabricato di Miracoli". *La chiesa di San Francesco di Potenza*, in *Quei maledetti Normanni. Studi offerti a Errico Cuozzo per i suoi settant'anni da Colleghi, Allievi, Amici*, a cura di J.-M. Martin, R. Alaggio, 2 voll., Ariano Irpino-Napoli 2016, II, pp 845-855). La più antica notizia del convento risale a due anni dopo la sua fondazione: il 2 aprile del 1268, come si riscontra in un rogito del notaio Giovanni *de Gunnella* di Potenza vergato in presenza del regio giudice Matteo *de sire* Costantino, Dioniso Mazzullo di Potenza assegna a sua nipote Orinzia, figlia del defunto Giovanni di Pietra Bona, una casa posta nel 'vicinio' di San Francesco e altri beni immobili posti nella contrada Ronzone, nel vallone di Pinanco e nel vallone *de Lacu*, in cambio di assistenza, vitto e vestiti. Il documento è una copia autentica inserita in un contratto di transunto rogato nel 1311 su richiesta di Filippo *de Garritello* di Potenza dal notaio Bernardo de Comestabulo, sottoscritto, tra gli altri, da Roberto *de Elzia*, baiulo di Potenza (Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, Arca LXV, 10; cfr. *I regesti dei documenti*

8

5

6

7

8

9

10

11

Quod scripsi ego predictus Thomasius puplicus ut
supra notarius, qui premissis omnibus rogatus et
vocatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi.
(SN) Thomasius † Ego Franciscus de Asthis annalis
iudex civitatis Potencie qui supra. † [Ego dompnus]
Nicolaus Zappa archipresbiter ecclesie Sancte Trinitatis
de Potencia testis interfui. † Ego presbiter Nicolaus
Angelus de Mathia canonicus Potentinus testis interfui.

della Certosa di Padula (1070-1400), a cura di C. CARLONE,
(Fonti per la storia del Mezzogiorno medievale, 13), Altavilla
Silentina 1996, doc. 56, p. 31; doc. 141, pp. 67-68; *Repertorio
delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo angioino:
1266-1442, I, Regesti*, a cura di C. CARLEO, Badia di Cava
2013, p. 104 LXV, 150; C. CARLONE, *Le pergamene dei
monasteri soppressi nell'Archivio Cavense*, (Fonti per la storia
del Mezzogiorno medievale, 23), Battipaglia 2015, p. 45, n.
139).

A ripete terras.

Così A.

Dictus venditor superfluo.

Così A, si legga assignavit.

Così A.

Così A.

Così A.

† Signum crucis proprie manus dompni Iohannis de
Siciniano testis scribere nescientis interfuit et testificatur.

† Ego Mathias Cappellus testis interfui. † [Ego magister]
Laurentius de Populo testis ssum. † [Ego dompnus]
Nicolaus de Balzano canonicus Potentinus testis sum.

12

13

Sicignano degli Albuni (Salerno).

>Così A.